



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Confortamenta Pro Roborandis, & conservandis filiis spiritualibus in spiritu  
compunctionis, & sancti timoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)



# CONFORTAMENTA

Pro

Roborandis, & conser-  
vandis filiis spiritualibus in spi-  
ritu compunctionis, & san-  
cti timoris.

I.

**P**erit, qui ordinatè non vi-  
vit. Eruditè hîc religiosif-  
simus Segneri: Æternitatis  
felicitas è vitæ nostræ pendet  
sanctitate; sanctitas vitæ è mo-  
derata ad Regulas vivendi ratio-  
ne, & ratio hunc in modum vi-  
vendi è quovis die probè, & re-  
gulariter transacto. O quanta  
igitur necessitas boni ordinis in  
vita! Sciat proin quilibet Dire-  
ctor animarum, quomodo à  
manè usque ad tempus noctur-  
næ quietis se habeat filius Spiri-  
tualis

I.  
Certus  
Ordo  
vitæ

## Confortamenta

eualis erga Deum, proximum, & seipsum. Petatur ergo à subdito vitæ ordo, & quidem in scripto. Conscriptus extradatur, à Patre spirituali benedicatur, additâ D. Pauli tessera: *Bonum autem facientes non deficiamus: Tempore enim suo metemus non deficientes.* Jungatur & illa S. Augustini: *Si homo non imposuerit finem operi, nec Deus imponet remunerationi.* Sic benedictam ordinis schedam accipiat de nuò Confessionum filius, & intra lectulum suspendat, ut vel ex hujus primo intuitu intelligat, quis, & qualis vivere debeat, memor illius: *Nolite deficere beneficientes.* 2. Thess. 2. Gratulor cuicumque Confessario, qui hoc applicaverit confortamentum. Habebit inde filios & Deo, & æternitati intensissimos.

2.  
Exercitium

II.

Sicut arte medicinæ calida  
fri-

pro filiis Spiritualibus.

frigidis, & frigida calidis curan-  
tur; ita spiritualis medicus con-  
traria opponat medicamenta  
vitiis, & peccatis. Advertit igitur,  
quòd ira v. g. vel immodestia,  
aut linguæ effusio, vel invidia  
velint prædominari alicui  
animæ, quæ vitia varios minantur  
morbos, turbines, & suspiciones  
menti internæ. Quid tunc agendum?  
Citò arripiatur confortamentum  
secundum, & iracundis usque ad  
proximam confessionem aliquot in  
certo numero actus mansuetudinis  
(idem iudicium sit de actibus  
oppositis immodestiae, garrulitati  
&c.) imponantur, quos fideliter  
exercitos spiritualis filius in  
confessione proxima Venerabili  
Confessario exhibeat, & re ipsa  
probet, quàm facilè quis se ipsum  
possit vincere, & insigniter in  
omni virtute de die in diem crescere,  
si prompta non desit voluntas, & ser-  
ria sui appli-

actuum  
vitiis oppo-  
sitorum.

## Confortamenta

plicatio. Facienti, quantum est in se, Deus non denegat gratiam. Jacet virtus sine exercitio quotidiano. Ideò Gentium Doctor 1. ad Tim. 4. 7. *Exerce te ipsum ad pietatem.* Subscripsit S. Ambrosius L. 1. de officiis. *Omnis res propriis, ac domesticis augetur exercitiis.* Quomodo sinè exercitio doctrina, aut sinè usu profectus? Faciant itaque sibi zelosi Confessarii sacculos de pietate & victoriis filiorum, nullámque permittant transire Confessionem sinè determinatione unius vel alterius actûs heroici in subsequentem Confessionem peragendi. Heroica opera sunt semina, quæ vitam progerminant & hîc, & ibi jucundissimam, quia in conspectu Dei & Angelorum perpetuò Gloriosam.

<sup>f.</sup>  
Accusatio

III.  
Cultus Dei, & Sanctorum  
am-

pro filiis Spiritualibus.

ampliatur & crescit spiritu com-  
punctionis, humilitatis, sui que  
demissionis. Ita S. Bernardus  
adhortans piam animam ait :  
*Tu, qui in Congregatione es, be-  
ne vive, ordinabiliter, socia-  
biliter, & humiliter. Ordina-  
biliter tibi, sociabiliter proximo,  
humiliter Deo.* Imminent er-  
go solemnia aut Domini Dei,  
aut Coelitem Reginae, ac Mag-  
nae Dominae Mariae, aut alio-  
rum Sanctorum Festa, vigilet  
animarum Pater, ut filius cum  
speciali sui demissione in sacro  
tribunali compareat, & de om-  
nibus irreverentiis, ingraticu-  
dinibus, causatis tristitiis, ac in-  
obedentiis erga Deum, Ma-  
riam, vel Sanctos admisis genu-  
inè sese accuset. Id quod &  
D. Chrysostomus exigit, atque  
desiderat, dum docet : *Accuset  
se quisque, & propitium habe-  
bit Judicem. Nam accusator sui  
ipsius justus est.* Orat. 5. Advers.  
Ju-

fui in Festis  
Sanctorum  
specialis.

## Confortamenta

Judam. Et ut aliquantulum satisfaciat, integram octavam pro devotione privata à Venerabili Confessario supplicet, quam transiget in actibus variis tum humilitatis, tum Religionis, tum charitatis, abstinentiæ, & recollectionis. Non perditur, quod Deo, Mariæ, Sanctisque impenditur. Infelix hora, ubi Sanctorum memoria nulla! Quid hinc mortis ultima lucta! Consolutores tunc erunt necessarii. Haud speremus inter Sanctos, si cum his non intima nobis fuerit in terris amicitia. Ecce! Confortamentum tertium pro vita sancta, & morte securissima.

4.  
Annotatio  
reflexa  
totius diei.

### IV.

Mercatores, opifices, antequam petant & eant cubitum, sese reflectere solent, quid lucri collegerint per diem. Si multum, statuunt adhuc majus in diem alterum. Quid jam agant

de-

pro filiis Spiritualibus.

negotiatores, & zelatores alienæ salutis? Instent, suadeant, rogent, ut nullus suorum filiorum pergat ad lectum, nisi in manuali quodam libello hunc in finem specialiter designato, succinctè annotaverit, quî successerit dies. Si feliciter, si cum multis gratiis, & sui victoriis, id exprimant litteris, *B. & D.* seu: *Benedictus Deus.* Si verò cum magnis tribulationibus, & afflictionibus, scribat *A. & C.* est idem, ac: *Amor meus Crucifixus est.* Quæ industria si fuerit quotidiana, noctem reddet pacificam, & diem sequentem meritis abundantiosem. Nam à victoriis non recedet, & in tribulationibus non succumbet; quia confortatus ad noctem.

V.

Sabbatha, & Profesta Confessionum sanctificantur puritate cordis, & solitudine mentis. Procurent ergo zelosissimi ani-

Silentium, & solitudo in profestis.



## Confortamenta

marum Curatores, ut in pervigiliis  
tum silentio, cum solitudine  
filii sint, & vivant addictissimi  
Magna profectò sunt Sacramen-  
ta, quorum fiunt participes  
Sileamus, lateamus, & suscipien-  
tur dignissimè. Silentium enim  
est Mater Cogitationum sanctarum,  
facitque hominem quasi coelestem,  
& Divinum  
Audiatur B. Petrus Damiani  
ad Agnetem Imp. Epist. 130  
scribens: „ Dum strepitus hu-  
„ mani cessant alloquii, con-  
„ struitur in te per silentium  
„ templum Spiritus sancti. Hinc  
„ est, quod de Israelitici templi  
„ constructione sacra testatur  
„ historia, quia malleus & secu-  
„ ris, & omne ferramentum  
„ non sunt audita in domo Do-  
„ mini, cum edificaretur. Tem-  
„ plum quippe Dei per silen-  
„ tium crescit, quia, cum mens  
„ humana per exteriora se ver-  
„ ba non fundit, in sublime fa-  
„ sti-

pro filiis Spiritualibus.

„ Stigium spiritualis ædificii stru-  
„ ctura confurgit ; tantóque  
„ succrescens in altiora sustolli-  
„ tur, quantò per silentii custo-  
„ diam circumclusa sese extrin-  
„ secus fundere prohibetur :  
„ Custos enim justitiæ est silen-  
„ tium. Et Jeremias : *Bonum*  
„ *est prestolari cum silentio saluta-*  
„ *re Domini.* Jam vigilèt Pater  
animarum, quomodo hoc quin-  
tum confortamentum ( abjectò  
omni respectu humano ) suis  
applicet filiis. Gratulabor, si  
semper,

VI.

Pro invicem sollicita sunt  
membra, & si quid patitur  
membrum unum, compatiun-  
tur membra cætera, sive gloria-  
tur unum membrum, congau-  
dent omnia ; vos autem estis  
corpus Christi, & membra de  
membro. Quod hîc Magnus  
Apostolus ad suos Corinthios,  
idem dicat Pater spiritualis ad  
filios,

6.  
Orationes,  
& suffragia  
mutua.

filios, quos ut in mutua seruet  
charitate, constanti pietate, quo-  
tidiano magnæ perfectionis de-  
siderio, ac fervore; custodiât-  
que præveniendô ab omni cal-  
caneo libertatis, aut dissolutio-  
nis humanæ, clanculò stimulet,  
ut aut pro incipientibus quoti-  
die quid certum (utut modic-  
cum) orent, aut pro egregiè  
proficientibus hoc vel illud opus  
peragant, aut pro solidiori san-  
ctitate justorum, hanc, vel illam  
Communionem Sacramenta-  
lem, & diem internæ recolle-  
ctionis SSS. Trinitati offerant.  
O bellissimâ artem quâ Confes-  
sarius sibi enutriet filios semper  
pios, semper exemplares in bo-  
no constantes, Deo, Mariæ, &  
Sanctis devotissimos. Hinc &  
ille cum Christo sapius ad cœ-  
lum suspiret: *Pater Sancte!*  
*Serva eos in Nomine tuo, quos*  
*dedisti mihi, ut sint unum, sicut*  
*& nos.*

VII.

Plurimi sunt animæ raptores, inimici, & prædones, qui ut eam spolient virtutum meritis, & à conceptis vitæ perfectionis dejiciant propositis, passiones hominis veterani afflictim excitant, appetitus, & concupiscentias irritant, mille tentationes (species immittendò turpissimas) provocant, in pusillanimitates, tristitias, & desolationes periculosè præcipitant. O quàm necessarium his afflictis paternæ consolationis confortamentum. Accipient, si Pater spiritualis providè curaverit, ut quilibet suorum clientum domi *Urnæ* sibi præparaverit *asceticam*, eamque intra cubiculum absconderit hac praxi, ut, quotquot contra iram, tentationes, inordinatam tristitiam, aut mentis confusionem aliam reportaverit victorias, seipsum generosiùs triumphandò statim

7.  
Urnula pro  
actibus  
heroicis.

d

in

## Confortamenta

in turbationis principiô, tot sibi  
conscribat schedulas per diem,  
vel ad noctem Urnæ injicien-  
das. O quantus inde non accre-  
scet actuum heroicorum the-  
saurus! Qualis victoriarum sui  
cumulus. Et hâc sui victoriâ  
quid nobilius? *Si tibi imperas,*  
ait Indiarum Apostolus, *subdi-  
tos habet nemo te plures. Mo-  
narcha orbis es effectus; si enim  
tibi imperas, quidquid extra te  
est, rationis imperio subiectum,  
imò sub pedibus tenes captivum.  
Plura nec tu potes petere, nec  
ullus hac in vita dare.*

Schedulis tamen ejusmodi  
hæc vel similia inscribi poterunt  
verba: *Amor vincit omnia.*  
Vel: *Quis ut Deus?* Vel: *Vin-  
centi dabitur manna.* Vel: *Je-  
su! tu scis, quòd amem te.* Ex  
hoc confortamento quanta sint  
eventura Confessario cordis, &  
animæ tolatia, quis explicabit?

O vi-

pro filiis Spiritualibus.

O viri Venerabiles! date filiis!  
& gustabitis.

VIII.

Anima, quæ denique sentit  
experiendò, quàm suavis sit Do-  
minus, quàm dulcis amor,  
quàm castus amplexus, & quàm  
mellifluum cum Christo con-  
nubium, sedulò meditatur æ-  
terna, internæ munditiæ in-  
cumbit continuò, sectatur in-  
nocentiæ candorem, quietæ in-  
vigilat conscientiæ, puritatem  
servat, fervorem nutrit, omni-  
que peccato fortiter resistit, ut  
immaculatam in se Dei custo-  
diat imaginem, & sanctè custo-  
ditam reddat illi, cujus est. Id  
ut Pater spiritualis ab illis impe-  
tret, quos sub sua fovet curâ,  
*triduanam* eis suadeat *mentis*  
*recollektionem* per quatuor anni  
tempora quater reassumendam.  
Est hoc consilium non meum,  
sed magni Proto-Patriarchæ S.  
Laurentii Justiniani affirmantis:

8.  
Recollektio  
triduanâ  
per quatuor  
anni tem-  
pora.

d 2 „ Quis-

## Confortamenta

„ Quisquis de spiritualibus ini-  
„ micis victoriae trophaeum ob-  
„ tinere desiderat, hominum  
„ confortia fugiat, tumultus de-  
„ clinet, & in locum secretio-  
„ rem se conferat. Habitent  
„ cum saeculo, qui se quaerunt,  
„ & diligunt! Renuntient, qui  
„ soli adherent Deo. Non est  
„ tuta in publico humana con-  
„ versatio, ubi plerumque ma-  
„ teria exuberant peccatorum;  
„ ubi elatio regnat, excruciat li-  
„ vor, rixae, & contentiones  
„ turbant, & socialis carnalium  
„ colligatio animum effaeminat.  
Hæc Venetorum Aquila. Ma-  
jora pandet experientia.

### IX.

Oculi Domini Dei speculan-  
tur in omni loco, & angulo bo-  
nos, & malos; bonos ut exau-  
diat, salvet, & praemietur: ma-  
los ut terreat, flagellet, & ul-  
ciscatur. Ut bonos quotidie  
aspiciat filios spirituales omni-  
potens

9.  
Memoria  
localis per

pro filiis Spiritualibus.

potens Deus, quid excogitet zelator animarum? Manifesto confortamentum, quò & antiqui Patres suum roborabant spiritum. Moneat, ut intra cubiculum suspendant aut varias ad nutriendum devotionis affectum excultas Imagines, aut solidas asceticæ veritatis tesseras tum ex Sacra Scripturâ, tum sanctis Patribus, vel ex motibus ac instinctibus Spiritûs Sancti formandos, ex quarum primo, & unico intuitu efficaciter excitentur ad sui compunctionem, ad contemptum terrenorum, ad Dei, & coelestium amorem, præcipuè verò ad memoriam mortis, extremi iudicii, interminabilisque æternitatis. Vis accomoda hujus doctrinæ exempla? Duo cape. S. Rodesindus Conimbricensium Pastor, & Episcopus vigilantissimus, ne à semita unquam recederet cœptæ sanctitatis, clypeum sibi

Tesseras &  
veritates  
asceticas.

d 3 con-



Confortamenta

confici curavit, in quo insignium locò Crux conspiciebatur sanguinolenta. Ab hac pende-  
bat speculum cum rotundo cir-  
culo, sub lemmate: *Hæc Regu-  
la vita.* Numa Pompilius ille  
Romanorum & fortitudine, ac  
prudentiâ potentissimus Rex,  
ut fastum vinceret cum super-  
bia, in regia sua suspendi voluit  
speculum, quod non aurum,  
sed ossa circumdabant mortuo-  
rum aridâ cum epigraphæ: *Nu-  
ma! nosce te ipsum.* Placêntne  
veritates aliæ. Quasdam expo-  
no. Elige! *Pro Cubiculo: Hæc  
mea hereditas: pauxillum vi-  
vere, mori, putrescere.* Vel:  
*Te ipsum inspice, & tecum habi-  
ta, ut nôris, quàm sit tibi curta  
supellex.* Horatius. Vel: tria  
me sanctificant: *Fuge, tace,  
quiesce.* *Pro publico: Crucifixus,  
Rosarium, & Dei mandata, sunt  
mea tria perfectissima.* Vel:  
*Spernerè mundum, spernerè nul-  
lum,*

pro Filiis Spiritualibus.

*lum, spernere sese, spernere se  
sperni, quatuor ista beant.  
Vel: Nemini placere cupio, ne-  
mini displicere timeo, peccatum  
fugio, & solum Deum quero,  
& diligo. Ita S. Thomas Aq.*

Venerandi Patres! O quale  
hoc confortamentum! profe-  
ctò quiscunque vestrorum ad  
Confessiones filiorum hac ute-  
tur industriâ, vivet in pace per-  
petua cum Deo, proximò &  
seipsò, quâ pace in universo  
nil delectabilius. Nam fluctus  
malarum cogitationum suffo-  
cat, mentem fluctuantem illæ-  
sam conservat, conscientiam  
emundat, & sanctificat. O  
Pax! præ dulcedine exclamat  
piissimus asceta David: Tu Pa-  
triarcharum vinculum! Tu  
Prophetarum vehiculum! Tu  
Apostolorum refugium! Tu  
martyrum Solatium! Tu Con-  
fessorum Balteus! Tu Virginum  
tripu-

Confortamenta

tripudium! & Sanctorum omnium consummatum gaudium! Hæc delectant? Ad opus ergo!

X.

Manifestatio menstrua candida, & fidelis.

Confortamentum, quod hîc pono ultimùm, est omnium fortissimum, & profectui animarum unicè necessarium. Vocamus *manifestationem menstruam*, per quam à filio spiritali singulis mensibus (vel si videatur consultiùs) singulis quatuor anni temporibûs exigitur ratio in scripto danda super statu vitæ hætenus transactæ. Quâ manifestatione contemptâ, vel negligenter omisâ, grande patiuntur in virtutibus, & in via Domini dispendium animæ, utut cæteroquin abundanter consolatæ. Nam ineptis cogitationibûs præventæ, pluribus tribulationibûs, ærumnis, ac pressuris consternatæ nesciunt, juvare seipsas, & qui juvare vellent, ac possent,  
COS

pro Filiis Spiritualibus.

eos contemnunt, sicque omnia  
intra se contegunt, ruminant,  
& digerunt eâ infelicitate, ac  
miseriâ, ut cum Jobo ingemi-  
scere debeant fatentes: *Cogita-  
tiones mea dissipatae sunt, tor-  
quentes cor meum: Noctem  
mibi vertunt in diem, somnum  
impediunt, per diem consci-  
entiam lancinant, & in mille  
pusillanimitatis, & desperatio-  
nis præcipitia se sponte agunt.  
& meritò.*

Incidit in casses, moniti con-  
temptor amici,

Prædâque Ditis iners, qui  
sibi fidit, erit.

His ò quàm necessaria ductoris  
medici manus, & assistentia!  
Quærat se candidè manife-  
stando: & nox vertetur in di-  
em. Aufugiet confusus dæ-  
mon, quia subversum est astu-  
tiæ templum. Ecce! Quid  
magni Benedicti zelosus filius  
Gerardus Nomine? Tunc fru-

d s                      stra

Confortamenta

„stra (discurrit vir Dei) adhi-  
„bentur doli, quando ipsi doli  
„sunt, aut fiunt proditi; ne-  
„que unquam melius evertitur  
„omnis ratio oppugnandi; eo-  
„ipso jam vincitur ille stygius  
„Archistrategus, quando cu-  
„niculi ejus, & insidiæ occul-  
„tæ sacris produntur ducibus.  
„Et sanè neque dolo, neque vi  
„quidquam in eum proficit or-  
„cinus hostis, quando se duci  
„à suo duce spirituali religiosus  
„(vel pœnitens) tanquam Chri-  
„sti miles permiserit. Et ò stul-  
„tum, temerarium, qui solus  
cum tanto inimico configere  
præsumpserit! sic jam sollicitus  
Pater spiritualis, ne animam  
sibi commissam negligat, &  
quam adverterit, præ aliis præ-  
senti indigere pharmaco con-  
fortativo, non moretur, sed  
quantocyus, infirmam ad  
colloquium invitet, & ut circa  
annexa viginti salutis puncta  
intra

pro Filiis Spiritualibus.

intra octo dies plenè & fideliter se explicet, atque intima sua filialiter manifestet, non modo suadeat, hortetur, & supplicet, sed & ex potestate desursum sibi traditâ jubeat. Non est laboris, quod operatur pondus gloriosæ æternitatis.

Sequuntur Viginti puncta conscientiæ, quibus spirituales filii se candidè & fideliter manifestent Confessariis, & Patribus animarum.

I.

**Q**uomodo se habeat in statu vocationis? An vivat contentus, & consolatus secundum corpus & animam?

2.

An ferveat, quotidianum augere profectum, & tendere strenuè ad perfectionem, sive Christianam, sive religiosam?

3.

Quæ fidelitas circa lumina  
d 6 spi-

Confortamenta

spiritus sancti? Dictamina prudentiæ? Sacra proposita? An non positivè resistat?

4.

Qualis horror erga peccata, etiam minima? quis contemptus infelicis sæculi? quale desiderium erga coelestia?

5.

An certus servetur vivendi ordo à manè usque ad noctis tempus? An liber à turpi otio? somno pomeridiano?

6.

Quibus tentationibus potissimum infestetur? & quam adhibeat media, ne succumbat?

7.

Utrum æstimet Romanam Ecclesiam? Sacra Evangelia? Verbum Dei? Traditiones Apostolicas? Religiones Sacras?

8.

Quas propensiones malas, & incli-

pro Filiis Spiritualibus.

inclinationes sentiat deprava-  
tas? Et erga quæ vitia specia-  
liter?

9.

An nullus stimulus ad morti-  
ficationes, & sui abnegationes,  
ad abstinentias, sacros rigores,  
& vigiliis?

10.

Quos fructus reportet ex S.  
Confessione, & Sacramentali  
Communionem?

11.

An addictus visitationi tem-  
plorum? exercitio orationum?  
Custodiæ sensuum? Præsertim  
linguæ, & oculorum?

12.

Quid circa meditationes, le-  
ctiones spirituales? Examina  
nocturna? An nulla sinè his  
transeat Dies?

13.

An devotus in divinis, ad  
Missæ sacrificium &c. rejecto

d 7

omni



Confortamenta

omni tœdiô, somnô, distra-  
ctiône, & evagatione?

14.

Quales consolationes, & il-  
lustrationes veniant? Et quo-  
modo se habeat tempore aridi-  
tatis, & derelictionis internæ?

15.

Quæ quies in conscientia? An  
nullas patiatur perplexitates,  
scrupulos, aut animi pressuras,  
& anxietates?

16.

Sacramentales pœnitentias,  
vel alias correctiones utrum bo-  
nô, æquali, & promptô susci-  
piat animô, citò exequens, quod  
imposuit, vel consuluit spiritua-  
lis medicus?

17.

Refectiône, recreatione, ho-  
minum conversatione quomo-  
do utatur? Aut cum detrimen-  
to, vel proventu animæ? Quid  
hic recta Intentio? Quid pru-  
dens

pro filiis Spiritualibus.

dens in loquendo circumsp-  
ctio? Quid Dei oculus?

18.

Quæ memoria novissimo-  
rum? Mortis? Judicii? Perpe-  
tuæ æternitatis? An non ad no-  
ctem saltem veniant in mentem  
pro excitando compunctionis  
spiritu? Quid si unum per septi-  
manam sibi determinaret mor-  
tis diem? O determinationem,  
quæ reddet mortem uti tutam,  
ita & suavissimam!

19.

Qualis Amor erga Mariam?  
Sumus in hujus Archifraternita-  
tibus de SS. Scapulari, Rosario,  
Immaculata Conceptione, vel  
septem Doloribus. Recitatúrne  
quotidie S. Rosarium cum oscu-  
lo & sacri Scapularis? Et quid  
circa Cursum Marianum? An  
nulla hujus noticia? vel ardens  
quotidie recitandi devotio? Ah!  
quid unus, vel alter quadrans  
respectu beneficiorum, quæ  
omni

omni momento accipimus de manu Mariæ? O quanta in quotidiano Cursûs penso latent privilegia? Et recusabimus?

20.

Potéstne amore Jesu statuere, ut *erga Deum* velit semper vivere ut sponsa erga sponsum fidelissima, & in amando ipsi soli constantissima? *Erga seipsum* tanquam Rex erga suos subditos ab omnibus sui corporis sensibus, membris, passionibus, & animæ potentiis strictam exacturus subjectionem, & obedientiam? *Erga Patres spirituales*, vel alios superiores ut innocens infans erga suam Matrem absque discussione, omnes eorum dispositiones velut lac rationabile recipiens. *Erga quoscunque proximos* uti sollicita apis erga flores, nullum ex illis lædens, sed sapienti mellificatione ex singulorum conversatione sibi mella magni profectus,

pro filiis Spiritualibus.

fectus, & sanctitatis colligens.  
*Erga mundum* sicut cadaver  
mortuum, aut vilis truncus ni-  
hil de mundanis rumoribus co-  
gitans, totus in eo, ut Dei No-  
men, & honorem augeat, pro-  
ximum verbò, & exemplò ædi-  
ficet, seipsum quotidie in mul-  
tis, & magnis vincat, & trium-  
phet.

Patres zelosissimi! quæ ex  
hisce manifestationibus tum  
animarum, tum meritorum vo-  
bis messis? Ego non explico.  
interrogate duntaxat Religio-  
nes sacras! Et monstrabunt  
abundantissimam. Hanc & vo-  
bis multiplicent clementes Su-  
peri! Vos interim indefessi per-  
gite! Constantes in vinea  
Domini laborate!

Pax vobis!

ORA-